

IODOCVS BADIUS GANDAVVS.



Trithemius.

Odocus Gandau*s* in Brabantia anno 1462 natus est. Is amore literarum in Italiam profectus, Ferrariæ Baptista Guarinum literas Græcas proficientem audiuit, atq; in ea lingua plurimum promovit. Fuit is sacrarum literarum non ignarus, sed in litteris humanioribus doctissimus, ita ut cū optimis Philosophis, Rhetoribus, & Poëtis suo tempore merito conferri potuerit. Postea magna doctrina instructus, Lugdunum profectus est, ubi magna filios instituit, atq; publicè & priuatim antiquos Poëtas enarravit. Scripsit ibidem in usum studiorum Grammaticam, præterea Syluam moralem, atq; Poëtarum explicationes. Floruit anno 1498.